



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 9. Supplicatio publica die festo SS. Corporis Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](#)

conditione, ut tres intra menses Ro-  
manorum Regis titulum deponat, Pro-  
Comites, cæterosque inimicos Ecclesiæ  
tueri desinat, & huic factas a se injurias  
omnes farciat. Sed hæc monitio haud  
plus effecit quam prima.

## §. IX.

*Supplicatio publica die festo SS. Corporis Christi.*

**G**uilielmus Pro- Comitis Melodunensis  
filius post obitum Philippi Maren-  
nini ab anno 1316 Senonensis Archi-  
episcopus Parisiis cum Suffraganeis suis  
concilium provinciale habuit die sabbati  
post festum S. Matthiæ an. 1322, ni-  
mirum 3 Martii anno 1324 ante Pascha.  
Edebantur ibi quatuor canones pæne ad  
verbum repetiti ex concilio ejusdem  
provinciæ, quod idem Præsul anno 1320  
die Jovis post Pentecosten celebraver-  
rat. Primus & maximi momenti canon  
vult, ut Episcopi in sua quisque dioce-  
ses populum hortentur ad carnium ab-  
stinentiam & jejuniū colendum die  
Mercurii post octavam Pentecostes, seu  
& qui genium sic defraudaverint, qua-  
draginta dierum indulgentiam conse-  
quantur. Concilium addit: De suppli-

Sæcul.XIV.  
A.C.1324.*Cont. Nang.*

p. 670.

*to. II. Conc.*

p. 1711.

p. 1680.

Sæcūl. XIV. catione publice, quam Clerus & popu-  
A. C. 1324. lus eodem d'e habet, & in qua illud  
circumfertur, quia quodammodo per in-  
stinctum divinum introducta videtur, in  
præsenti nihil statuimus, pietati Cleri  
& populi eam relinquentes.

*Sup.lib.85.*

§. 27.

Hic videmus originem solennissimæ  
supplicationis eo die fieri solitæ; quam  
ne verbo quidem tangunt litteræ de in-  
stitutione festi. Per facrum fervorem  
populorum illa est inducta in Eccle-  
sias singulares, unde in omnes alias ex-  
tenfa fuit. Non ita se habuit jejunium  
in vigilia, quod tantummodo in quibus-  
dam cœtibus religiosis confirmatum est.

### §. X.

#### *Epistola Papæ ad Equites Borussiæ.*

Anno priore Papa Teutonicis Equitibus  
Livoniæ ac Borussiæ scripserat in  
*Rayn. 1323.* hanc sententiam. Lithuanorum Rex  
n. 20. Gedeminus se Christianam religionem  
amplecti cupere nobis per epistolas Le-  
gatosque suos significavit, orans, ut si-  
bi mitteremus viros, per quos ad acci-  
piendum baptisma erudiretur. Ingenti  
ejus preces gaudio excepimus, sperantes  
hoc exemplum innumeros illis in locis  
ethnicos secuturos: & statuimus eo mit-  
tero